

DE  
ANTIQUA ECCLESIAE  
DISCIPLINA.  
DISSERTATIONES  
HISTORICAE.

*Autore LUDOVICO ELLIES DUPIN, Sacrae  
Facultatis Theologiae Parisiensis Doctore.*

*ex libris M. Francisci Aury Socii & Societatis Navarrae.*



PARISIIS,  
Apud ARNOLDUM SENEUSE, viâ Citharæ,  
sub signo Sphaeræ.

---

M. DC. LXXXVI.  
CVM PRIVILEGIO REGIS.



ILLUSTRISSIMO VIRO D. D.  
DIONYSIO TALÆO,  
SACRI CONSISTORII  
CONSILIARIO,  
ET  
IN SENATU PARISIENSI  
ADVOCATO GENERALI.



*QUANQUAM* ea sit frequens Scrip-  
torum consuetudo, ut qui suas Viris il-  
lustrissimis audent lucubrationes conse-  
crare, ij sue quasi temeritatis veniam  
initio Epistola nuncupatorie deprecentur:  
quod tamen hodie profero argumentum, VIR  
ILLUSTRISSIME, ejus esse conditionis ac  
nature possum asserere, ut & tibi deberi, & tuum  
proprio jure patrocinium reposcere videatur. Ago





DE  
ANTIQUA ECCLESIAE  
DISCIPLINA  
DISSERTATIONES HISTORICAE.

---

DISSERTATIO PRIMA.

*De formâ & distributione Ecclesiarum, præsertim quarto  
Ecclesie sæculo, ubi de Patriarchis & Metropolitibus  
illorumque jure ac prerogativis agitur.*

PRÆLOQUIUM.



OMNIS hominum societas, ut sit firma & stabili-  
lis, debet aliquâ regiminis formâ temperari; nam  
si sine ullis legibus homines inter se coirent, si  
nullâ certâ ratione regerentur, si cuilibet, prout  
lubitum est, suis moribus vivere liceret, necesse  
foret societatem primùm innumeris turbis bellis-  
que confundi, ac deinde penitus dissolvi. Cum ergo Ecclesia sit  
societas hominum fidem Christi profitentium, necesse fuit aliquam